

**Solum**

**CLXXXVII**

*m. 63 debet b. foris  
9 stat. ang.*

cineres capitibus aspergeres. Reliqui tres sunt de primis diebus quod solentur in quatuor temporibus anni. Sed cum triginta sex dies predicti sint decima trigesimorum sexaginta dierum. et annus postea trigesimorum sexaginta quinque diebus et sex horis patet quod cum ieiunamus xxxvi. dies ratione decime. remanet quicquid dies indecimate et sex horae. Sed de illis ieiunam quatuor dies precedentis hebdomadae ut sacer numerus compleat ut promissum est. Sed in hoc adhuc remanet viginti horae indecimate videlicet unus dies qui pertinet xxiii. horas. et sex horae. Sed potest dici quod decima illi temporis in sabbato sancto tardius cenam. vel forte propter hoc die illa tardius. scilicet de nocte missa celebrat. ut dictum est in premissis quod reus. Istos vero punctuales ieiunium quodragimum precedentis sabbata feria inchoamus. et sic duos dies plus cetera nationibus ieiunamus. et hoc non solum propter quodam honestate. ut videlicet sic biduo purificati in quarta feria sacrum ieiunium inchoamus. verum etiam pro eo quod quodragimum in magno die iouis cene terminat. put sub h. septuagesime dictum est. Alamos ergo duos dies non ratione quodragime. sed propter causam ibi dictam. et propter eorum sanctitatem ieiunamus. Clerici etiam in quinquagesima ieiunium inchoare tenent. prout tibi dictum est. Quidam autem dixerunt quod promissum quatuor dies addunt alia de causa. videlicet tres pro tribus diebus quatuor temporibus quod in quodragima continentur quatuor pro vigilia pasche quam ieiunare debemus. sed promissa ratio verior est. Sed cum in quodragima imitemur ieiunium christi ut promissum est. et ipse statim post baptismum scilicet post epiphaniam suam ieiunium inchoaverit. querit quare hoc tempore ieiunium inchoamus et illud cum pascha continuam. et non eo tempore quod ipse ieiunavit. cum ipse actio nostra debeat esse instructio. Ad quod quod duplex est ratio

prima quod in quodragima representamus populum israel qui fuit quodraginta annis in deserto et statim post celebravit pascha. Secunda quod homines tempore verno naturaliter ad libidinem commoventur. ad quam restringenda institutum est hoc tempore ieiunare. Tercia quod christi passioni resurrectio pertinet. igitur ratio nabile fuit ut afflictio nostra continua esset passioni salvatoris. Cum enim ipse pro nobis passus sit. et nos ei copati debemus. ut ita tandem pregrediamur. et post passionem statim resurrectio subsequatur. iuxta illud apostoli. Si copati sumus et pregrediamur. Istam et egrotum magis affligit cum appropinquit sanitati. Quarta quod sicut filii israel priusquam agnum comederent se affligebat et lactucas agrestes id est amaras comederat. ita et nos penitentie amaritudine debemus prius affligi. ut statim post digne possimus comedere agnum vite. scilicet corpus christi ut sic misericordie capiamus paschalia sacramenta. Istud in multis quodragimalibus frequentat. humiliate capita vestra deo. eo quod illo tempore dyabolus magis impugnat nos. unde deum humiliter orare. et nos sibi humiliate debemus. et ut nos sub omnipotentis dei manu humilem. Dicit etiam flectam genua de quo dictum est sub quarta parte sub terra de salutatio. Et est sciendum quod flectam genua. et humiliate capita se comitant. et neutrum dicitur in dominica die. Istam ut ait grege. Qui in dominica die genua flectit. deum surrexisse negat. Istud propter multas quidem causas orando nos ad terram perferimus prout dictum est in v. parte sub prima. Dicit etiam oratio super populum post humiliate capita et propter temporis sanctitatem. et ad notandum quod in hac vita pro nobis est orandum. ut in futuro audire mereamur a domino. Venue benedicti patris mei etc. Que quidem oratio est vicaria sancte comunio. Olim ei oēs

*120*  
*2*  
*5*  
*duply or*  
*ca*  
*120*